

Codice Diplomatico Longobardo I, 120

+ In Dei nomine. regnante piissimo domno nostro Aistulfo rege, anno regni eius septimo, mense septembrio, indictione nona; feliciter. Manifestum est mihi Cleomnia relegiosa femina, eo quod ante hos dies bone memorie Ostripert domnus meus tertia portione ex omnibus rebus suis per cartula in ecclesia firmauet et donauet, et sic decreuet animus eius, ut, ubi mihi plaueueret, in ipso loco ipsa ecclesia a fundamentis construere deurem in honore beati sancti Cassiani; sicut et post decesso eius modo presenti a me faetum est ita. unde in mea reseruauet potestate, omnia et in omnibus, ufructu de ipsa tertia portione quod in ipsa ecclesia offerserat, ut die uite me ipsa tertia portionem ego usufruetuarem. modo in Dei nomine a fundamentis construxi ipsa Dei ecclesia, uolo et offero Deo et tibi ecclesia Beati Cassiani medietate ex omnibus usufruetu de ipsa tertia portione quod in mea potestate dedet supradictus domnus meus Ostripert, ut sacerdos in predieta ecclesia ordinatus fuerit; ipsa medietate de usufructu, quod supra legitur, in eius sit potestate in omnibus. similiter offero in predicta ecclesia tertia portione ex omnibus rebus meis quod morghincap mihi datum est, ut sacerdos de supradicta ecclesia pro facinoribus meis Dominum exorare ualeat, et sine indigentia uiuere possat, et luminaria sanctorum faciat, et suo bono animo missarum precum pro peccatis nostris facere non desinat. et omnia quod supra a me donatum uel offertum est, inlibate possedeat ipsa sancta Dei ecclesia; et numquam nullo tempore contra hanc pagina quislibet possat agere uel in aliquo molestare, set firmiter ualeat possedere ipsa Dei ecclesia quod supra animus meus confirmauet, et numquam a nullo homine posse dirumpi; et presens pagina in sua maneat firmitate. Et pro confirmationem Osprandum subdiaconum seriuere rogauit. Actum in Uico. Signum + manus Cleomnie religiose femine, qui hanc pagina fieri rogauet. Signum + manus Ostrifusi filio eius in omnibus consentientes. Signum + manus Richiprand germano ipsei femine testis. Signum + manus Aufusi uiri deuoti filio quondam Auriquandali testis. Signum + manus Ilprand clerici uiri deuoti filio quondam Alpert testis. Ego ipse supradictus scriptor pos tradita compleui et dedi. Ego Osprand scriptor quantum in autenticum inueni, nec plus addedi, nec menime scripsi.